

nunc inest vel inesse poterit in futurum, capitulo Misnensi, hac tamen adiecta conditione, ut per tres annos a tempore nunc in antea continuo currentes duo talenta in anniversario tam nostro, quam praedictorum secundum industriam ministratoris fratribus denariorum legalium ministrentur. Elapsis vero tribus annis quatuor librae per singulorum annorum curricula per tempora vitae ministratoris a nobis instituti incessanter in praedictis anniversariis persolventur. De vinea vero novella pro parte ibidem plantata cum ad usum plenum pervenerit et ad quaestum decima consueta et carrata vini memoratis fratribus etiam ministrabitur de eadem. Omnium autem praedictorum administratorem constituimus nostrum specialem clericum et cappellanum magistrum Cunradum scolasticum Misnensem, ut secundum quod de ipso praesumimus omnia praefata fideliter adimpleat cum effectu. Ut autem praesens scriptum robur habeat perpetuum firmitatis, ipsum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Testes huius rei sunt frater Henricus de Rotovwe ordinis fratrum minorum, magister Cunradus scolasticus Misnensis, magister Johannes scolasticus Wurzinensis, dominus Fridericus plebanus de Poppendorf, dominus Henricus miles dictus Burleban, Henricus camerarius et alii quam plures. Actum et datum Lybanitz in curia nostra anno domini M°. CC°. LXVI. mense Augusti in vigilia beati Jacobi apostoli, pontificatus nostri anno octavo.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem an einem Pergamentstreifen hängenden Siegel des Bischofs.

No. 199. 1266. 22. Nov.

P. Clemens IV. beauftragt den Scholasticus und den Canonicus Walung zu Wurzen die Beschwerde des Clerikers Dietrich von Hain gegen drei Pfarrer Meissner Diöces zu untersuchen und zur rechtlichen Entscheidung zu bringen.

Clemens episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . scolastico et Walungo canonico ecclesiae Wrzinensis Misnensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Theodericus de Indagine clericus nobis conquerendo monstravit, quod . . de Wellerichswalde^a), . . de Peritz^b) et . . de Lutanewitz^c) ecclesiarum rectores Misnensis diocesis super quibusdam libris et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota debito fine decidatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem — wie No. 190 — compellatis veritati testimonium perhibere. Datum Viterbii X. Kalendas Decembris pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

a) Wellerswalde, Eph. Oschatz. b) Peritz, Eph. Grossenhain. c) Leutewitz (Eph. Grossenhain) seit 1541 Filial von Heyda, obschon der Pfarrer noch jetzt in L. wohnt.